

80 T. Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte  
Fronde super viridi. Sunt nobis mitia poma,  
Castaneæ molles, & pressi copia lactis.  
Et jam summa procul villarum culmina fumant,  
Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

T. Tamen poteris hac nocte quiescere hic mecum super foliis viventibus. Habemus matura poma, castaneæ molles, & multum coacti lactis: & jam summa pagorum tecta procul fumant, & umbræ grandiores porriguntur ex altis montibus.

## N O T Æ.

80. Castaneæ molles. ) Servio, matura; titem: castanearum enim aliud genus est Erythroæ, novæ, recentes: male utrique: densiore, aliud molliore cortice, ex Ni- quo enim maturiores & recentiores, eo candri interp. Καστανὰ τὸ ὑπὸ δάκτυλῳ, τὸ δὲ μαλακίῳ. Unde & Ecl. 7. 53. Castaneæ birsu- nem refert, qua edules fiunt, vel ad cor- te; hic, Castaneæ molles.

## E C L O G A I I

## \* A L E X I S.

## A R G U M E N T U M.

Amabat Virgilius puerum: hunc Alexidis, se Corydonis nomine dissimulat, & I. Duri- tiem ipsi exprobat. II. Jactat apud eum suas opes, muscæ peritiam, elegantiam formæ. III. Invitat eum in silvas, commendatione vite agrestis. IV. Promittit munuscula. Agnoscat insaniam suam, & ad curam rei familiaris redit. Puerum hunc innuit Apulejus Apologia 1. fuisse Pollionis; Martialis l. 5. Ep. 26. l. 8. Ep. 56. fuisse Mecenatis: nihil prohibet quominus ita sit. Prohibet vero blanditiarum ejusmo- di levitas, quominus eas Othaviano dictas puerum, in quem sane orbis Dominum ca- dere ista non possunt, delicias domini; imo ne in Cornelium quidem Gallum, vi- rum, ut Ecl. 10. videbitur, muneribus gravem. Quarum opinionum primam Servius, secundam Lad. Vives perpetam tuerentur. De tempore, quo scripta est, nihil conjici potest.

## N O T Æ.

\* ALEXIS. Ab ἀλέξω, arceo, opi- tator: seu quia puer arcebat a se Corydo- nem, seu quia voluptas erat ac solatium Domini.

FOrmofum pastor Corydon ardebat Alexim,  
Delicias domini: nec, quid speraret, habebat.  
Tantum inter densas, umbrosæ cacumina, fagos

## I N T E R P R E T A T I O.

Pastor Corydon amabat pulchrum Alexim, qui erat ipsi spes ut- la. Solummodo veniebat frequenter ad spissas fagos, quarum cacumen opacum est:

## N O T Æ.

1. Corydon. ) a κορύδω vel κορύδαϊ, alau- da, Ital. Lodola uccello.

Affidue veniebat: ibi hæc incondita solus  
Montibus, & silvis studio jactabat inani.  
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas:  
Nil nostri miserere: mori me denique coges.  
Nunc etiam pecudes umbras & frigora captant:  
Nunc virides etiam occultant spineta lacertos;  
10 Thestylis & rapido fessis messoribus æstu  
Allia serpyllumque herbas contudit olentes.  
At mecum rancis, tua dum vestigia lustro,  
Sole sub ardenti resonant arbuta cicadis.  
Nonne fuit fatius tristes Amaryllidis iras  
15 Atque superba pari fastidia? nonne Menalcan?  
Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses.  
O formose puer, nimium ne crede colori.  
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

De-

illis solus fundebat inuuliter montibus & nemoribus hæc verba incompota. O dure Alexi! nullo modo curas meas canis, nullo modo miserere mei: denique coges me mori. Nunc ista pecora fruuntur umbra & frigore: nunc lacerti ipsi virides, lacerti in serpyllis: & Thestylis conterit herbas odoriferas, allia & serpyllum, messoribus fatigatis ob gravem æstum. Interim, dum sequor tua vestigia, mecum ad solem ferventem rancæ cicadæ prepitant per loca constia arboribus.

Nonne fuisse melius tolerare graves iras & imperviosa fastidia Amaryllidis? Nonne fuisse melius tolerare Menalcan? Lævi ille fuscus sit, licet tu albus sis. O formose puer, ne nimis confidas colori. Ligustra cadunt humi, quamvis candida; vaccinia colliguntur, quamvis nigra.

Me-

## N O T Æ.

4. Incondita. ) Incompota, sine arte, seu quasi naturali imperu. Quo sensu Donatus interjectiones, quales iunt Ab! o! vocavit inconditas; quia natura, non hominum in- stitutum profertur.

8. Nunc etiam pecudes, &c. ) Commendat vim amoris sui a labore, laborem ex compara- tione aliorum quietis. Pecudes, inquit, lacerte- que vilissimi fruuntur umbra; mellores æstu delecti cibo reficiunt vires: ego æstivans & im- pransus te quero; nec ullus ardorem hunc meridianum tolerare mecum potest, præter cicadas, quibus undique strepitant arbores.

9. Spineta lacertos. ) Lacertus, & lacerta, Ital. Lucertola, piccolo serpente noto.

10. Thestylis. ) Hic famulæ nomen, veneficæ apud Theocritum, Idyl. 2. 1. Unde insulse deri- vat Servius a Latina voce testa, quia herbas ad cibum messorum in testaceis poculis tundebat.

11. Allia serpyllumque. ) Allium, oleris & bulbi species, Ital. aglio. Serpyllum, herba odorata serpenti humi ramulculis tenuibus; Ital. Sermollino.

Oleris. ) Ambiguum vocabulum, tam ad bonos, quam ad malos odores pertinens. Ad bonos quidem, qualis est serpylli; ad malos, qualis est alliorum. Sic ap. Fior. l. 1. Sat. 2. 27. Passillos Rosillus obit. Corydonias hircum. Nil medicum. Contra, citius malam in partem ubique fumitur.

13. Cicadis. Ital. Cicada, insecti genus, frid- ulum potius quam canorum. De arbutis, Ecl. 1. 40.

14. 15. Amaryllidis, &c. Menalcan. ) De nomi- ne Amaryllidis, Ecl. 1. 31. Menalca, Ecl. 2. 1. 17. 18. Ne crede colori. Alba, &c. ) Utenim ligustra, qua nris alba, ne humo quidem colliguntur, quia nihil habent utilitatis; vaccinia vero, quamvis nigra, in pretio sunt, quia utilia tingendis vestibus: ita tu, quamvis candidus, negliges propter superbiam; Menalca, quamvis niger, propter ingenium indolem amabitur.

18. Ligustra. ) Ligustrum, Ital. Ligustro pian- ta e fiore, arbor, flores Majo mense racematim ferens candidissimos.

Vaccinia. ) Volunt aliqui baccas negras, five acinos esse ligustri, quasi baccinia, quæ scri- ptorio atramento inserviant. Alii mora agre- stia, quæ e rubo sentis producta, ad tingendas fervorum vestes olim lecebantur. Tamen constat, vel florem esse, vel plantam, ex hoc hu- jus Eclogæ v. 10. Mollia luteola pingit vaccinia caliba. Melius igitur cum Turnebo & Salmatio dicemus hyacinthum esse, tum ob alia, tum quia Virgilius hyacinthum Theocriti per vac- cinium Latine reddidit Ecl. 10. 39. Et nigra vie- ta sunt. & vaccinia nigra: plane ex illo Idylli 10. καὶ τὸ ἴον μῦθος ἐστὶ καὶ ἡ γὰρ τὰ νίκαια. Adde quod & vaccinium tingenda fervorum purpure usui erat, ex Plinio; & hyacinthum hygino colori, qui purpure species est, con- sciendo parabatur, item ex Plinio. Sic Salmatio in Solin. p. 272. & 1225. qui vaccinium ad eam hyacinthi speciem refert, quæ gladiolus dicitur.

B

Ital.

Despectus tibi sum, nec qui sim queris, Alexi:  
 20 Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans.  
 Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ:  
 Lac mihi non æstate novum, non frigore desti.  
 Canto, quæ solitus, si quando armenta vocabat,  
 Amphion Diræus in Actæo Aracyntho.  
 25 Nec sum adeo informis: nuper me in litore vidi,  
 Cum placidum ventis flaret mare: non ego Daphnim  
 Judice te metuam, si nunquam fallat imago.  
 O tantum libeat mecum tibi sordida rura  
 Atque humiles habitare casus, & figere cervos,  
 30 Hædorumque gregem viridi compellere hibisco!  
 Mecum una in silvis imitabere Pana canendo.  
 Pan primus calamos cera conjungere plures  
 Instituit: Pan curat oves, oviumque magistros.

Nec

Me contemnis, o Alexi, nec consideras quis ego sim, quam multas possidam oves, quam multum habeam lactis candidi. Mille oves meæ vagantur in montibus Siciliæ: lac recens non desti mihi per æstatem, nec per hyemem. Cæno ea, quæ Amphion Thebanus solebat canere in Actæo litore. Nec sum tam deformis: nuper vidi me e litore, cum mare tranquillum non moveretur vento. Ego non timebam Daphnim, te ipso acturo, nisi aliquando forma me deciperet. Utinam velis tantummodo mecum incolere agros tili viles, domosque parvas: & transdere cervos, & ducere gregem hædorum ad hibiscum viridentem. In silvis simul mecum imitaberis Pana cantando. Pan primus in morem induxit necesse cera multas arundines. Pan protegit oves & pastores ovium.

N O T Æ.

Ital. gbiado. Ruellius tamen fretus similitudine nominis, ad eam speciem, quam Ital. vocant gbiaggiuolo. Vide Ecl. 3. 62.

Nigra. ) Non proprie nigra, sed ferruginea sunt: unde Georg. 4. 183. ferrugineos hyacinthos. Ferrugineus autem color est, non rubiginos quidem ferri, ut quidam volunt; sed politus ac levigatus ferri, postquam candefactum refrigerit. Ital. Lynxura. Is autem color non admodum a violaceo diversus est: videturque rubro, nigro, ac cæruleo temperatus; unde pro tribus his coloribus passim usurpatur: pro rubro quidem Æn. 11. 772. ferrugine clarus & olivæ; pro nigro Æn. 6. 303. de Charontæ. Et ferruginea subvertat corpora cymba; pro cæruleo apud Plaut. in mil. 4. 43. palliolum hœleas ferrugineum; nam is color thalassicus est, id est, marinus & cæruleus. Talis est hyacinthi & vaccini color.

21. Siculis in montibus. ) Vel quia scena hujus Eclogæ forte in Sicilia constituitur, vel quia poëta imitatur Siculum Polyphemum, qui insidem ferre verbis Galatæam apud Theocritum alloquitur, Idyl. 11. vel potius quia Sicilia fertillissima abundat pabulis; unde olim Romanis imperii horreum vocata est, ob vina, frumenta, & pascua. De Sicilia insula, Italiane adiacente, fuit Æn. 3. 687.

24. Amphion Diræus. ) Jovis filius & Antiope, quæ Lyci Thebarum regis uxor fuerat, ab eodemque repudiata, & a Dirce, cum qua

Lycus secundas nuptias contraxerat, carcere inclusa, instante partus tempore a Jove liberata est, & in Cytheronem montem fugiens, ibi gemelos edidit in bivio. Hos inventos pastores educaverunt: & alterum quidem appellaverunt Zetum, a Ζῆτος querere; alterum Amphionem, quod αμῶν ἰδὲν εὐχέσθαι ediscussisset. Hi postea adulti matrem ultra sunt suam, occisa Dirce, quam Bacchus in fontem hujus nominis mutavit, non procul Thebis. Amphion citharæ sono, quam a Mercurio dono acceperat, Thebarum muros extraxit. Diræus, vel a Dirce occisa, vel a fonte ipso Thebano dicitur.

24. Actæo Aracyntho. ) Mons Aracynthus Vibio quidem in Attica est, quæ ἄρα: vocata est, unde & mons ille Actæus. Sed Vibio plerique omnes repugnant, & Aracynthus in Bœotia communi ferme suffragio collocat, prope Thebas, in mare prominentem: his adhaerendum est. At unde hic vocatur Actæus? Probus ab ἄραων Thebano deditur, qui circa hunc montem forte venabatur, cum a canibus, ob visam in lavaero Dianam, laniam esset. Servius Actum vocatum putat, quasi ἰσθαλέμ: est enim ἄρα λίαν. Qua voce usus est Virgilius. Æn. 5. 613. At procul in solâ secetra Troades actæ.

26. Non ego Daphnim. ) Alius pastor, forma nobilis. Nomen a δαφνίς, Laureæ.

30. Compellere hibisco. ) Hibiscus planta e genere malvarum silvestrium, folio major & caule

Nec

Nec te peniteat calamo trivisse labellum.  
 Hæc eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?  
 35 Est mihi disparibus septem compacta cicutis  
 Fissula, Damœtas dono mihi quam dedit olim:  
 Et dixit moriens: Te nunc habet ista secundum.  
 Dixit Damœtas, invidit stultus Amyntas.  
 40 Præterea duo, nec rura mihi valle reperti  
 Capreoli, sparbis etiam nunc pellibus albo,  
 Bina die siccant ovis ubera; quos tibi servo.  
 Jampridem a me illos abducere Thestylis orat:  
 Et faciet: quoniam sordent tibi munera nostra.  
 45 Huc ades, o formose puer. Tibi lilia plenis  
 Ecce serunt Nymphæ calathis: tibi candida Nais,  
 Pallentes violas & summa papavera carpens,  
 Narcissum & florem jungit bene olentis anethi.

Tum

Nec pigeat te labra atterere fissula. Quid non faciebat Amyntas, ut disceret hæc eadem a me? Habeo fissulam compactam e septem cicutis inæqualibus, quam Damœtas quondam donavit mihi: & dixit moriens: Te nunc istam secundum possides. Damœtas hoc dixit, Amyntas stolidus invidit. Insuper duo capreoli inventi a me in valle, non sine periculo: quorum pelles sunt adhuc distincte maculis candidis: quotidiè exhaurentur gemina ovis ubera: hos servo tibi. Jampridem Thestylis conatur precibus obtinere illos a me, & obtinebit, siquidem dona mea tibi visentur. Huc veni, o formose puer. En Nymphæ offerunt tibi lilia plenis calathis: alba Nais tibi colligens violas pallidas & capita papaverum, addit narcissum & florem anethi odoriferi.

Deinde

N O T Æ.

caule pilosior. Ital. malva vischio, passirciano. Hanc Scaliger in Varr. refert inter pascua purgantia, unde greges ait ad eam plantam medicinæ causa compelli solitos, atque ita hibisco, erit ad hibiscum: ut ite clamor celo, pro ad calum. Stephanus vero ait in Seminario, ita interdum hibiscum grandescere, ut ex herbecia natura velut in arborem transeat, unde pastores conficere baculos possint: & ita compellere hibisco, erit deducere baculo. Servius compellere interpretatur, a lacte depellere, & ad passionem herbarum cogere, hibisco proposito.

31. Pana. ) Pan rusticæ & pastoris rei præses Deus, quem habuerit patrem haud satis constat. Mercurium plerique dicunt. Sic appellatus a παῖς omne: vel juxta Homerum in hymnis, quia Deorum omnium delectaverat mentes, cum citharam vocans natus scite pulsasset: vel juxta alios, quia naturam omnem representabat; cornibus, radios Solis & Lunæ cornibus; rubicunda facie, ætherem; capris pedibus, terræ soliditatem; pilis hispida, terræ arbores & feras, &c. Fissulam compage dicitur primus ex arundineis calamis, cum Syringem nympham, quam deperibat, lociarum precibus mutatam vidisset in arundinem, unde fissula Græcis τρυπή dicta.

35. Amyntas. ) Ab αμῶν succervo.

36. Disparibus, &c. Fissula continetur olim septem calamis, apud Theocritum etiam novem, Idyl. 8. ut vocum discrimina totidem imitaretur. Calami porro cera inter se conjun-

cti ea proportione decredebant, ut in summo, qua inflabantur, æquales essent; in quales in imo, qua exibat spiritus. Cicutam. ) Scaliger vult hic plantam illam esse venenatam, cuius succo Athenienses ad publicum mortis supplicium, canle autem cavo ad musicam utebantur. Gall. de la ciguë. Servius putat esse calamorum quorumlibet internodia, sed sine teste.

39. Damœtas. ) Dorice pro Δαμοῦς, quasi δημοῦς popularis, a δημοῦς populus.

46. Nymphæ. ) Nymphæ, quasi νεῦς cithara nova apparatus: & significat, tum novam nuptiam; tum seminea illa numina, quæ juxta Paulaniam, non immortalia quidem, sed longissimæ & pene innumerabilis ævi putabantur. Præerat autem aquis fluvialibus Naiades, sive Naiades, a νεῦς fluere; marinis Nereides, Nerei & Doridis filiæ; montibus Oreades, ab ὄρος mons; silvis Dryades, a δρυς arbor, quercus; singulis arboribus Hamadriades, ab ἄρα ἰσθαλέμ, & ἄρα arbor, quia cum hisdem arboribus occidebant; hortis & lucis Napeæ, a νάπη ἰσθαλέμ, viretum; pratibus Limoniades, a λιμῶν pratum; stagnis Limniades, a λιμῶν stagnum.

Calathis. ) Græcum est κάλαθος, Latine canistrum, quatum, quibus, quassilum, quassilum. Calathi forma patenti lilio similis. Lilium enim ita describit Plin. l. 21. c. 5. Effigie calathi, respiciens per ambitum labris.

47. Pallentes violas. ) Plin. l. 21. 6. Violas ait, alias esse purpureas, alias luteas, alias albas: ad albas revocatur pallentes, quas ele-

- 13 Tum casta, atque aliis intexens suavis herbis,  
50 Mollia luteola pingit vaccinia caltha.  
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,  
Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis amabat.  
Addam cerea pruna: & honos erit huic quoque pomo.  
Et vos, o lauri, carpam, & te, proxima myrte,  
55 Sic positae quoniam suaves miscetis odores.  
Rusticus es, Corydon, nec munera curat Alexis:  
Nec si muneribus certes, concedat lolas.  
Eheu, quid volui misero mihi? floribus Auftrum  
Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.  
60 Quem fugis, ah, demens? habitantur Dii quoque silvas,  
Dardaniusque Paris. Pallas, quas condidit, arces

Ipsa

Deinde miscens cum casta & aliis herbis dulcibus, ornat mollia vaccinia calthi croceis. Ego vero colligam poma absentia molli lanugine, & nuces castaneas, quas mea Amaryllis diligebat. Adjungam pruna flavia, & laus erit quoque huic fructus. Et vos decerpam, o lauri, & te, myrte, lauris vicina: quia ita junctis emissit genio odorem. Agrestis es, o Corydon, & Alexis non movetur tuis donis: & se contentata donis, lolas non cedit tibi. Heu miser, quid feci? immisi Auftrum floribus, & apros parvis fontibus, imprudens! ah, stulte, quem fugis? Dei ipsi incolunt nemora, & Paris Trojanus. Pallas incolat ipsa urbes, quas extruxit:

fil-

## NOTÆ.

igit Corydon, ut amantium tinctas colore. Horat. enim l. 3. od. 10. 14. Et tinctus viola pallor amantium.

Papavera. ) Papaver, Narcissus, & Anchuthum, pulcherrimi pueri fuerunt, qui, juxta Servium, in flores suorum nominum conversi sunt: quos dum offert Corydon, Alexim quasi admonet, ne ipse tale aliquid ex amore olim patiat. De Narcisso quidem nota est fabula. Fuit Cephisi Bœotiae amnis & Liriope nymphæ filius: quem prædixerat Tiresias tandiu videturum, quamdiu a sui conspectu abstineret. Is cum Echus nymphæ amorem sprevidet, suamque in fontem imaginem conspexisset amore sui contabuit, & in florem cognominem est mutatus. De Anethi autem & Papaveris metamorphosi nihil apud veteres legi.

49. Tum casta. ) Casta multiplex. I. Frutex cinnamomo affinis, odorato cortice, *cannela*. II. Fistula, cujus medulla medicinalis est, *castia*. III. Herba coronaria, quam etiam Cneorum ex Hygino Plinius vocat, l. 21. c. 9. Cneorum autem album, *Lavendulam*; nigrum *Kosmarinum* esse putat Dalecampius. De hac tertia specie solum hic sermo est.

50. Vaccinia caltha. ) De Vaccinis supra v. 18. Caltha flos lutei five crocei coloris, Ital. *girafole*, quasi *solsequium*, quia præsertim cum renouat est, ad solem inclinatur.

51. Cana legam, &c. ) Mala intelligit Cydonia five Corenea, Ital. *Coggi*, ut ex canicie & lanugine colligitur: item ex fragmento Petronii, quod ex hoc loco manifeste expressum est.

Sordent velleribus hirsuta Cydonia cantis,  
Sordent hirsute mœnia Castaneæ:

Nolo nuces, Amaryllis, tuas, nec cerea pruna;  
Rusticus hæc Corydon munera magna patet.

52. Castaneasque nuces. ) Nux, genus est fructuum omnium, qui duriore cortice muniti sunt: species sunt, avellanæ, amygdalæ, juglandis, castaneæ, &c.

53. Cereæ pruna. ) Cereæ vel ob molliorem ut Horat. de a. p. 153. *Cereus* in vitium secti. Vel ob colorem croceum, ut in Priapeis, *magis cerea luteam nova pruna*.

Honos erit huic pomo. ) Commendatione accipientis Alexidis: sicut castaneis, ob amorem Amaryllidis.

54. Proxima myrte. ) Myrtes perpetuo virens, Veneri sacra, vel quia propter odorem accommodata est ad delicias, vel quia maris litoribus gaudet, unde & Venus orta. Proxima lauro, vel situ, vel odore, vel etiam dignitate, quia laureæ coronæ Romæ usi fuerunt in triumpho; myrteæ in ovatione, quæ minor triumphus erat, in equo, non in curru.

56. Rusticus es. ) Tris amoris impedimenta: Corydon ignobilis & rusticus, Alexis munerum negligens, rivalis lolas muneribus potentior.

57. Lolæ. ) Forte ab interiectione *lo*, quæ modo lertitiam, modo luctum signat.

58. Eheu! quid volui, &c. ) Multiplex explicatio. I. Lud. Vives: Inanem operam sumo, fundo carmina furdus auribus, perinde ac si flores ventis rapiendos exponerem, aut puram aquam subis proculcandam. II. Nannii: Res meas

- Ipsa colat: nobis placeant ante omnia silvæ.  
Torva læna lupum sequitur, lupus ipse capellam:  
Florentem cythum sequitur lasciva capella:  
65 Te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas.  
Aspice, aratra jugo referunt suspensa juvenci,  
Et sol crescentes decedens duplicat umbras:  
Me tamen urit amor: quis enim modus adsit amori?  
Ah, Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit!  
70 Semiputata tibi frondosa vitis in ulmo est:  
Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,  
Viminibus mollique paras detexere junco?  
Invenies alium, si te hic fastidit, Alexim.

silvæ autem placeant nobis præ ceteris rebus. Ferox læna scilicet lupum, lupus ipse capellam: petulans capella scilicet cythum: te Corydon scilicet, o Alexi: unusquisque rapitur sua voluptate. Vide, eni juvenci referunt domum aratra sublevata jugo: & sol occidens auget crescentes umbras: me tamen amor inflammat: nam quis potest esse finis in amore? Ah Corydon, Corydon, quemam insaniam te occupavit! Habes in ulmo frondosa vitem media ex parte recisam: cur non potius conaris saltem texere vimine, aut junco flexili, aliquid earum rerum, quarum eget vita rustica? reperies alium Alexim, si hic te despiciit.

## NOTÆ.

meas florentes hoc amore corrupti. Quam Pallas, quas, &c. ) Pallas, nata e cerelephantiam hic duplici proverbio. ventobro Jovis, armata & hastam quassans: utrum & porcorum, deinde expressis verbis exponit: quæ te dementia cepit? Semiputata Dea, prima adultiorum inventrix: & apud tibi, &c. III. Abrami: Quemam vox excludit mihi, cum lolam nominavi, & muneribus est dicta, quia in summa urbis rum feci mentionem? Alexis enim, si me audierit, lolam ditiozem sane mihi præponet. Perinde igitur feci, ac si floribus *alium*, &c.

Austrum. ) Austrum five Notus, ventus a meridie flans, magnos humores colligens, qui vultus infert floribus & valetudini perniciem.

60. Dii quoque silvas. ) Apollo scilicet, cum Admeti gregem pavit, cælo pulsus ob eadem Cyclopm, qui fulmina Jovi fabricaverant, ad occidendum Phaëontia filium Apollinis.

61. Dardaniusque Paris. ) Priami & Hecubæ filius: a patre expositus in silvis, quia cum Hecuba facem ardentem parere se nonnasslet, conjectores responderant, infantem, quem in utero gestabat, Trojani excidit caudem futurum. Itaque educatus inter pastores, in ægonali certamine, quod ad Trojam celebrabatur, cum Hælorem vicisset, & ab eodem irato prope esset occidendus, pro eiusdem fratris agnitus est. Cæcerea passim in Æn. Dardanius. ) Id est, Trojanus, a Dardano Elestræ Jovisque filio, uno e Trojæ conditoribus.

71. Quorum indiget usus. ) Quæ postulat usus & consuetudo quotidiana vitæ rusticæ: ut sunt nascæ, crates, calathi.

72. Detexere. ) Non minuendi, sed augendi verbum: estque *perfecte texere*. Sic Plaut. in Pleud. 1. 4. 7. Neque exorari primam unde occipias babes, neque ad detexendam telam certos terminos.

75. Alexim. ) Ad exemplum Theocriti in *Idyllis*. Taxarias iter & *adici* *adici*. In *venies Galatæam forse & pulchriorem alium*. Idyl. 11. 75.

P. VIRGILII MARONIS  
E C L O G A III.  
\* P A L Æ M O N.  
A R G U M E N T U M.

EST Amœbea contentio inter Menalcam, & Damoetam, pastores: ac primo continet iurgia, deinde mœsum certamen, denique iudicium Palæmontis de utroque: unde a iudice Palæmone nomen habet. Vires allegoricam hanc eclogam putat; & Virgilium, sub persona Damoetæ, poetam ex ejus obrecliatoribus aliquem, sub persona Menalcæ agnoscit. Amœbeum vero carmen, alternum, sive reciprocum est, utriusque: hujus lex est, ut, qui posterior dicit, aut majora dicat, quam qui prior; aut certe paria; sensu, vel eadem, vel diverso: aliqui vitium habeatur.

Tempus editæ hujus Eclogæ erui potest ex his ejusdem versibus: Pollio amat nostram, quamvis sit rustica, musam: Pierides vitulam lectori pascite vestro. Pollio & ipse facit nova carmina, pascite tauram, &c. Hæc enim tauri & vitula mentio facit, ut credam, scriptum hoc opus fuisse tum, cum Asinius Pollio missus a M. Antonio ad expeditionem Dalmaticam adversus Partinos, inde reversus esset victor, & jam triumphi apparatus ferent. Hujus autem pompæ pars erat non ultima, deductio taurorum, aliarumque victimarum, pendentibus vittis, deauratisque cornibus; quæ Jovi Capitolino macianda a triumphante offerebantur. Prescribit igitur poeta bucolicus, ut taurus & vitula ad sacrificia Pollionis triumphalia saginentur: idque prescribit Musæ ipsi: quia Pollio non solum bello, sed literis etiam & post clarus fuit Ecl. 4. in Argum. Porro cum triumphus ille notetur in Fastis ad 8. Kal. Nov. A. U. C. 715. scripta fuit hæc Ecloga circa medium Octobrem illius anni, qui fuit Virgilii 31. desinens, aut 32. incipiens. Hæc quanquam levis conjectura, non inutilis tamen quibusdam videbitur.

## N O T Æ.

\* PALÆMON. ) A verbo παλαίω λυθῆναι: pro quo Poetæ dicunt παλαίμωνος.

## M E N A L C A S, D A M O E T A S, P A L Æ M O N.

MEN. D I C I mihi, Damoeta, cujus pecus? an Melibœi?  
D. Non, verum Ægonis: nuper mihi tradidit Ægon.  
M. Infelix o semper oves pecus! ipse Neeram  
Dum fovet, ac, ne me sibi præferat illa, veretur,  
s Hic alienus oves custos bis mulget in hora:

## I N T E R P R E T A T I O.

MEN. O Damoeta, dic mihi, cujus est grex iste? an Melibœi? DAM. Minime, sed est Ægonis: Ægon mihi nuper illam commisit. M. O oves, pecudes semper infausæ! dum Ægon ipse demulset Neeram, ac timeat ne illa me anteponat ipsi, mercenarius iste pastor Damoetas experimit lac ovisque bis singulis horis;

## N O T Æ.

Menalcas ) A μέλας, robur, vel πέω, duro, maneo; & ἀνῶ, auxilium. Damoetas. Ec. 2. 37.  
1. Cujum pecus. ) Antiquum nomen, cujus, cuja, cujum. Terent. in Eun. 2. 3. 29. Virgo cuja est? Plaut. in Curcul. 2. 1. 14. Cujam vocem audio? Idem in Rud. 3. 4. 39. Argentum prosiſſice ambabus, cuje erant domino dedi.

2. Ægon. Pastor rivalis Menalcæ in amore Neeræ, & herus Damoetæ. Ægon ἀγάθη ἀργῆς, capra. Neera. ) ἀνάθη, funen, abdomen. Menægus, v. Ecl. 1. sub initium.

3. Infelix o semper oves pecus. ) Legunt aliqui: ovis. Quod Servius pessime interpretatur: O infelix pecus, semper ovis, id est, semper inbecille futurum. Ramus vero sic: O semper infelix pecus ovium; ita ut ovis in genitivo sit singulari, pro plurali ovium. Sed sincerissimi codices habent, oves: plano sensu: O oves, pecus semper infelix! Quare autem infelix? & propter pastorem, qui, ut vacet amoribus, curam ejus abiecit; & propter custodem, a quo exhauritur & expiatur.

6. Et

## BUCOLICA. ECL. III.

Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

D. Parcus ista viris tamen obicienda memento.

Novimus & qui te, transversa tuentibus hircis,

Et quo, sed faciles Nymphæ risere, facello.

10 M. Tum, credo, cum me arbutum videre Myconis,

Atque mala vites incidere falce novellas.

D. Aut hic ad veteres fagos, cum Daphnidis arcum

Fregisti & calamos: quæ tu, perverte Menalca,

Et cum vidisti puero donata, dolebas;

15 Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

M. Quid domini faciant, audent cum talia fures?

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum

Excipere infidiis, multum latrante Lycisca,

Et cum clamarem; Quo nunc se proripit ille?

20 Tityre, coge pecus: tu post carecta latebas.

D. An mihi cantando victus non redderet ille,

Quem mea carminibus meruisset fistula, caprum?

Si nescis, meus ille caper fuit; & mihi Damon

Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.

25 M. Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula cera

Juncta

& succus subripitur gregi, & lac agnis. D. Memineris tamen ista cautius esse exprobranda viris. Scimus & qui te corruerint, hædis oblique spectantibus, & quo in delubro, sed bene Nymphæ riserunt. M. Tum puto, riserunt, cum viderent me amputare improba falce arbutos, & novus vites Myconis. D. Vel potius hic prope fagos amicus, quando rupisti arcum & legisti Daphnidis: quæ tu, maligne Menalca, quando vidisti data esse puero illi, & invidebas, & perisisset, nisi damnum aliquod ipsi intulisses. M. Quid faciet herus Ægon, si quidem servus jurax audent talia mihi dicere? Nonne ego te vidi, nequissime, dolo furari caprum Damonis. Lycisca multum latrans? Et cum clamarem: Quem in locum fugit ille? Tityre, collige gregem: tu delitescabas post carecta. D. An ille, canendo superatus, mihi non reddidisset caprum, quem arena mea meruerat cantilenis? si ignoras, caper ille erat meus, & ipse Damon id fatebatur, sed dicebat se non posse reddere. M. Tu illum vicisti canendo? an unquam baluisti arenam cera compactam?

Nonne

## N O T Æ.

6. Et succus pecori, & lac. ) Idem lac, qui Napææ. Nemescan. Ecl. 2. 20. Que colitis fistulas Dryades, queque contra Napææ.

10. Tum credo, cum, &c. ) Ironice loquitur, & scelus alienum quasi de se narrat; sed eo vultu & nutu, ut respiciat Damoetas ejus auditor esse intelligatur. Arbutum. ) Non arbutuscula est, sed locus arboribus confusus, præsertim hoc loco ad succidendas vites, quæ ideo arbutusæ a Columella dicuntur. Ecl. 1. 40.

Mycon. ) Pastoris nomen a μέγας magis. Daphnis, a δάφνη: corona Lauræ.

17. Damonis. ) Quali dædalus peritus.

18. Lycisca. ) Canis ex lupo & cane editus, a λύκος lupo, & κύων canis.

20. Carecta. ) I locus ubi multæ sunt carices. Carex planta est ex arundineo genere, Gallico nomine caret. De Tityro Ecl. 1. in Argum.

25. Cantando tu illum. ) Supple: vicisti: recitancia ad subannationem: ut ista ad furorem & impetum, An. 1. 139. Quos ego, supple: si corripueris.

9. Sacellum, locus sacer numini. Aut unquam tibi, &c. ) Negat cum habere fistulam illam nobilem, septiformem: non negat habere ignobilem, simplicem, atque unius calami,

Juncta fuit? non tu in triviis, indote, solebas  
 Stridenti miserum stipula disperdere carmen?  
 D. Vis ergo inter nos, quid possit uterque, vicissim  
 Experiamur? ego hanc vitulam ( ne forte recutes,  
 30 Bis venit ad mulstram, binos alit ubere factus, )  
 Depono: tu dic, mecum quo pignore certos.  
 M. De grege non ausim quicquam deponere tecum.  
 Est mihi namque domi pater, est injusta noverca:  
 Bisque die numerant ambo pecus, alter & hados.  
 35 Verum, id quod multo tute ipse fatebere majus,  
 Insanire libet quoniam tibi, pocula ponam  
 Fagina, cœlatum divini opus Alcimedontis:

Lenta

Nonne tu, imperite, solebas rœna cœnta spargere in plateis miserabiliter cantilenas? D. Vime igitur ut privatim videmus, quid uterque nostrum valeat alterno carmine? ego do pignori hanc juvenentiam: ne forsasse recitas eam, his mulgetur, educat lacte geminas vitulos: tu die quo pignore contentas mecum. M. De grege non ausim collocare quicquam in sponsione tecum: habeo enim domi patrem, habeo novercam diffiditum: & his quotidie recensent uterque gregem, alter natus, & vtero hados. At, siquidem tibi placet stultum esse, apponam id quod tu ipse fateberis esse longe pretiosius, calices e fago confectos, opus incijum a præstantissimo Alcimedonte:

N O T Æ.

calami, e cicuta, e stipula, de quo genere Ecl. 2. 36. Ait enim, non tu in triviis, &c.  
 26. In triviis. ) Bivium, trivium, quadrivium, locus, in quem duæ, tres, quatuorve concurrunt viæ. Rustici per trivium ululare certis diebus solebant, & flebile aliquid cantillare in honorem Dianæ, sive Proserpina: idque ad imitationem Cereris, eam a Plutone raptam per trivium cum clamore vestigantis. Unde Diana dicta Trivola; sive ex illis clamoribus; sive, ut ait Varro, quod epus simulacrum in triviis apud Græcos poneretur.  
 29. Vitulam. ) Proprie juvenentiam, sicutidem jam ferus binos enixa est. Sic Ecl. 6. 47. Paphæen virginem vocat, pro muliere, quæ jam viro sit conjuncta.  
 Ne forte recutes. ) Vel sensus est: Ne forte recutes mecum gratis certare, vitulam in pignus depono; ut saltem lucri spe ad certamen movearis. Vel, ne forte, quia vitulâ nominavi, pignus quasi leve recitas: binos factus alit, &c.  
 30. Ad mulstram. ) Mulstram, mulstrum, mulstrale, vas rusticum excipiendo lacti comparatum: Mulstra etiam dicitur pro ipsa actione mulgendi.  
 34. Bisque die, &c. ) I. Servius sic explicat, ut alter ad novercam referatur: & sic recensio totius pecoris videatur uni patri attribui. Male, tum quia ambo pecus numerant, ergo non solus pater: tum quia alter ad masculinum genus pertinet, ergo non ad novercam. II. Cerianus sic: Ambo pecus numerant; alter, id est, pater, soorum hados. III. Nannius vero, quem sequimur, sic: Ambo pecus, id est, matres numerant; alter, id est, alteruter, hados, id est, fetus; quod ad majorem numerum bini custodes adhibendi sint, ad minorem unus sufficiat.

36. Insanire. ) Mecum certando, qui te multo doctior sum.  
 37. Fagina. ) Vasa e fago, Ital. faggio, juxta Plin. l. 16. 38. fuere aliquando in honore, & in usu sacrorum: recensentur tamen a poetis in pauperum suppellectili. Ovid. Fast. 3. 322. Terra rubens, crater; pocula, fagus erat.  
 37. Cœlatum. ) Impressum, incisum, per cavitatem exculpsum, a cœlo carum: unde & cœli nomen per a scribendum: sive pro superiore illa & concava mundi parte, sive pro scalpulo sumatur.  
 Alcimedontis. ) Sculptoris nomen, ab auxiliium & vicio vexo, cura: nomen heroi, quam sculptori, aptius.  
 38. Lenta quibus, &c. ) Salmastus & Cerdanus duplicem hic artem agnoscunt, tornaturam & cœlaturam: ajunt quippe, vitem, corymbos, hominum figuras torno heri non posse, quo ligna teruntur tantû & levigatur; sed folius cœli sive scalpri opus esse, quo sive ligna, sive metalla inciduntur & exœvantur. Hi locum istum ita explicant, ut velint quibus esse ablativum casus, torno dativi, hoc pacto: in quibus lenta vitis per cœlaturam addita est torno, sive materia jam tornata. Ego L.vix putem tornum, pro materia tornata, Latine dici. II. Video, tornata, quæ proprie in veteribus glossis, exponitur, operatio vasa, sumi promiscue a probatissimis scriptoribus pro cœlato opere: cujusmodi sunt calices, crateres, signa hominum ac ferarum exunita extrantique. Sic Martialis l. 4. 39. Solus Phidias torquema gessit. Sic Cicero frequenter in Ver. eodem sensu. III. Pl. l. 24. 8. Artis toronices inventorum memorat Phidiam, consummatorem Polycleum: quos sculptores ac statuarios, non solum tornatores fuisse constat. Unde existimo, licet exadæ tornus a cœlo, & scalpulo diffin-

gua-

Lenta quibus torno facili superaddita vitis  
 Diffusos hedera vestit pallente corymbos.  
 40 In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter,  
 Descripsit radio totum qui gentibus orbem?  
 Tempora quæ messor, quæ curvus arator haberet?  
 Necdum illis labra admovi, sed condita servo.  
 D. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,  
 45 Et molli circum est ansas amplexus acantho:  
 Orpheaque in medio posuit, silvaque sequentes.  
 Necdum illis labra admovi, sed condita servo.  
 Si ad vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

M. Nua-

in quibus vimen hederæ superadditum ope torni facili implicat frondibus hedera pallida corymbos suos dispersos. In medio duæ sunt effigies, Conon: & quis fuit alter, qui virga distincti populis totum mundum, & tempora quæ essent ante messor, quæ curvo aratori? Neque adhuc illos calices attingi labis, sed servo aditos. D. Mihi quoque idem Alcimedon fabricavit duos calices, & circumambit ansas acantho flexili, & locavit in medio Orpheum & vitores sequentes. Neque adhibe illos attingi labis, sed servo aditos. Si tamen ad juvenentiam respicias, non est cur æstimes calices.

M. Nui-

N O T Æ.

guatur, usu tamen esse factum, ut promiscue haberentur. Favet insuper etymon, tornus enim a tereis, vel tereis, tereis, sero, trivii. Tertium autem materia non solum cum versando raditur, sed & cum repetita scalpri impressione inciditur.  
 38. Torno facili. ) I. Facile alii explicant, unde, & facili ne longiori opera elaboratum, II. Alii, versatile, quemadmodum Virg. Æn. 8. 320. Fœdabile oculos fert omnia circum. III. Alii, factum obsequens, & ad ligni teneritudinem referunt, quemadmodum Tibul. l. 1. 32. Pocula de facili composuitque lute.  
 39. Diffusos hedera. ) Multi vitem & hedera hic implicatas fuisse volunt. Ego cum Nannio solum hic hedera agnosco, vitemque accipio pro ipso hedera vimine, quod viticula vocatur a Plinio; hedera vero pro foliis, hoc sensu: vimen hederaceum implicat foliis palentibus corymbos suos. Hedera. ) Ital. elvera. Ideo poculis insepulta, quia Baccho sacra.  
 Corymbos. ) Κύρμβος. Iudoro est annulus in hedera, quo proxima queque comprehendit atque alligat: sed Plinio est racemus hederae in orbem circumactus. Corymbus primo appellatus est subrectio quædam & suggestus capillorum in Atticorum capite: quare derivat Vossius a κύρμ caput, unde & κύρμ galata.  
 40. Conon. ) Non dux ille celebris Atheniensium, sed nobilis Mathematicus, patria Sarnius, qui in gratiam Ptolemæi Evergetæ Ægypti Regis, comam Berenices ejus conjugis inter Sydera fixit esse relatum: ut habet Callimachus in epigr. quod a Catullo Latine redditum exeat. Æqualis & amicus fuit Archimedis: imo, ut opinatur Pomponius, etiam in Mathematic. Magister.

Et quis fuit alter &c. ) Oblitus pastor Mathematici alterius, scilicet interrogat; & nō occurrente nomine, personam describit ab operibus, iis maxime, quæ ad agrilem usum pertinent: qualis est divitio temporum factionis & arationis. Alter autem ille, vel Aratus est, poeta Solensis, qui scripsit Græce Phænomena, sive motum situmque stellarum: quo quidem opere sic Romani delectati sunt, ut illud Cæsar adolefcentis, Claudius item, & Germanicus Latinum reddiderint. Vel Hesiodus est, poeta ex Ætera Beotia oppidulo, qui inter alia scripsit Opera & dies, sive Georgica. Vel denique probabilis Archimedes, Cononis vel discipulus, vel saltem amicus, celebris ante alios Mathematicus, & bellicarum machinarum inventor: qui in expugnatione Syracusarum ab ignoto Marcelli victoris milite interfectus est, cum figuris in arena describeret.  
 41. Radio. ) Radius hic virga est, sive baculus mathematicus, quo variae cœli terrarumque partes assignantur, & figuræ in arena describuntur.  
 45. Acantho. ) Herba est acanthus longo latoque & flexuoso folio, Ital. Acantho, sorte di foveæ: capitulis columnarum, in ordine Corinthio, adhiberi solita ad ornatum: unde Romanis Marmoraria dicta est, auctore Fuschio.  
 46. Orpheus. ) Orpheus Thrax, Apollinis & Calliope filius: lyram a patre, aut a Mercurio acceptam ita suaviter impellebat, ut fluminum sistere cursus, & silvas feræque trahere dicitur sit. Ejus cum Eurydice amores, professionem ad inferos, & mortem lege Georg. 4. 454.

49. Nua-

M. Nunquam hodie effugies: veniam quocunque vocaris.

50 Audiat hæc tantum vel qui venit, ecce, Palæmon. Efficiam posthac ne quemquam voce læcessas.

D. Quin age, si quid habes; in me mora non erit ulla:

Nec quemquam fugio: tantum, vicine Palæmon,

Sensibus hæc imis, res est non parva, reponas.

55 P. Dicite: quandoquidem in molli confedimus herba:

Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos:

Nunc frondet silvæ, nunc formosissimus annus.

Incepe, Damoceta: tu deinde sequere, Menalca.

Alternis dicetis: amant alterna Camenæ.

60 D. Ab Jove principium, Musæ: Jovis omnia plena:

Ille colit terras, illi mea carmina cura.

M. Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me

Mu-

M. Nullatenus hodie evitabis certamen: descendam ad quascunque conditiones me adduxeris. Tantummodo, idem ille qui venit, ea audiat. En Palæmon. Factam ne deinceps illum provocem carita. D. Ergo age, si habes aliquid; ego nullo modo morabor: neque recesso illum judicem. Unum precor, o Palæmon mihi vitæ, id genus desige animo, res est non levis. P. Canite, liquidem sedibus in tenero gramine; & nunc omnis arbor, nunc omnis campus parit: nunc memora viret, nunc avans pulcherrimus est. Incepe, o Damoceta, tu deinde succedes, o Menalca: cunctis vicissim, vicissitudo placet Musæ. D. A Jove dicamus initium, o Musæ: omnia plena sunt Jove: ille fovendat terras, ille curat mæos versus. M. Phœbus quoque me amat: sunt semper apud me dona sacra Phœbo,

NOTÆ.

49. Nunquam hodie effugies, &c. ) Depone- rat juvenca; negaverat Menalca se ob patris metum posse juvencam deponere, & pocula obtulerat: hærebat tamen in sponione juvæe Damocetas, si ad vitulam spectes, nihil est, &c. atque adeo videbatur certamen subterfugere, quod hæc sponione admitti a Menalca non poterat. Ergo Menalca, ne adversarius effugiat, admittit juvenæ conditionem, deposito, per spem victoris, patris & novæca metu. Viam quocunque vocaris. Unde arbiter Palæmon de premio deinde judicium terens, nulum poculorum, sed juvencæ duntaxat mentionem facit. Et vitula tu dignus, & hic.

50. Audiat hæc tantum. ) Adimus hic uterque, adfunt pignora, deest tantum iudex: audiat ille qui venit. Vel qui venit. ) Menalca, viso eminus pastore, necdum inspecto vultu, hujus se subijcit arbitrio, quicumque tandem ille sit: inest quippe ea vis huic voci, vel qui venit. Mox agnito Palæmone, ipsum nomine compellat, & æmulum audacius alloquitur, efficiam posthac me, &c.

55. Camenæ. ) Musæ: prius dictæ Carmenæ & Camenæ, ex Varr. Radix, carmen, quod prius dictum est, camen: sicut arbor, arena, sanctor, prius arbor, arena, sanctos, ex eodem Varr. Unde errant qui scribunt Camenæ, & deducunt a carnis amens.

60. Ab Jove principium, Musæ. ) Ex illo Theocriti in Dios tyrius, qui in Dios Myren viret, a Jove incipimus, & in Jovem desinite, o Musæ! Idyl. 17. i. Unde male quidam hic legunt Musæ in genitivo; Quasi esset;

Ab Jove principium Musæ, id est, carminis Jovis omnia plena. ) Tum quia Deorum ille princeps, & rerum omnium anima: tum quia Jovis nomen aeri tributum est undique diffuso. Georg. 2. 325. Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther Conjugis in gremium lætæ descendit, & omnes Magnus alit magno commixtus corpore factus.

Musæ. ) Jovis & Mnemofynæ filiz novem, artium præfides: Calliope, Clio, Erato, Thalia, Melpomene, Tersichore, Euterpe, Polymnia, Urania; nate in Pieria regione Macedonia; sedem habere dicuntur in Helicone Bœotizæ, Parnasso Phocidis montibus inter se vicinis, & Latonæ filius, eodem partu cum Diana editus in insula Delo: medicinz repertor: divinationis, musicæ, & poësis Deus. Phœbus dictus quasi ex Phoë, hinc, lumen vitæ.

62. Sua semper apud me Munera. ) Sacra munera Phæbo, laurus & hyacinthus: de lauro quidem, Ecl. 2. 54. Hyacinthus flos ortus & vulnere pueri cognominis, qui Zephyrus & Apollini cū placeret, & aliquando disco luderet cum Apolline, Zephyri invidia inter ludendum perierat disco, quem Apollo libraverat, in pueri caput maligne deflexo. Quis autem flos ille sit, queritur. Certe non is est, qui vulso fice nominatur, ceruleus totus, & absque ullis literarum notis. Certissime is est, qui Græcis τὸν ἀνθὸν δεικνύται hoc est, acutus. Latinis autem, gladiolus, ob acutorum utrimque longorumque foliorum cum gladio similitudinem: Ital. vero, ghiaggiuolo sorte d'erba, & communi Græcis,

La-

Munera sunt, lauri, & siave rubens hyacinthus.

D. Malo me Galatea petit, lasciva puella:

65 Et fugit ad salices, & se cupit ante videri.

M. At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas:

Notior ut jam sit canibus non Delia nostris.

D. Parta mea Veneri sunt munera: namque notavi

Ipse locum, aëria quo congestere palumbes.

70 M. Quod potui, puero silvestri ex arbore læta

Aurea mala decem misi: cras altera mittam.

D. O quoties, & qua nobis Galatea locuta est!

Partem aliquam, venti, divum referatis ad aures.

M. Quid prodest, quod me ipse animo non spernis, Amynta,

75 Si, dum tu sectaris apros, ego retia servo?

D. Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iola.

Cum

lauri, & hyacinthus suaviter purpurascens. D. Galatea, jocosa puella, me ferit malo, & fugit ad salices, & cupit se videri a me priusquam fugiat. M. Amyntas vero, meus amor, & se sponte exhibet mihi, ita ut jam Delia ipsa non sit familiarior canibus meis. D. Dona jam parata sunt amicæ meæ: nam observavi ipse locum, in quo palumbes aëria nidificaverunt. M. Misi Amyntæ decem mala factæ, electa ex arbore silvestri: quod unum potui facere: cras mittam alteram alia. D. O quoties, & que verba mihi dixit Galatea! O venti, ferite ad aures Deorum aliquam eorum partem. M. Quid prodest mihi, o Amynta, quod tu me non spernaris animo, si ego servo retia, dum tu apros insequeris? D. Iola, mitte ad me Phyllida, meus est natalis.

Quan-

NOTÆ.

Latinis, Gallisque vocabulo, Iris; vel ob colorum diversitatem, vel deformato nomine a cas Veneris vocant. Lucret. 4. 1178. Nec Veneris. Hoc multis probat Salmastius in Solin. P. 1224. I. Ex Columella l. 9. 4. Cælestis nominis Hyacinthus, non numinis, ut multi habent codices: quid porro cælestis nomen, nisi Iris? II. Jano, non decet te esse tam trifistem tuo Jovi. Ex Palladio, l. 1. 27. Hyacinthus, qui Iris, vel gladiolus, dicitur. III. Gladiolus habet in folio discurrentes lineas, quæ multa &, & multa I. confusæ saltem exprimunt: at hyacinthus, in IV. Gladiolus magnitudine & specie accedit ad lilium: at hyacinthus, formamque capit quam lilium, si non purpureus color hic, argenteus esset in illis. Ovid. Met. 10. 212. V. Gladiolus purpureus est; unde & ferrugineus, & niger, & rubens, ut explicuimus Ecl. 2. 18. Qui omnes colores tribuntur hyacintho a poetis. Reliqua infra v. 107.

67. Delia. ) Diana, venationis Dea, cuius in tutela canes: Latonæ filia: foror Phœbi, Delia dicta, ut ille Delius; Vel quod luce sua omnia videret, id est, manifesta faciant, Vel ab insula Delo: quæ cum antea lateret, effusa iuxta alios erraret mari, Latonæ locum fecerat, & sceleret, ut Amyntæ anorem inutilem putet, obtulit: unde in præmium amissa est uni loco, & conspiciat deinceps ac stabili facta: dicta Delos quasi deo mensura. Tamen hic Delia forte non Dea, sed Menalca famula, ex insula Delo: cui sane multo quam Dea convenit magis illa cum canibus familiaribus. De Amynta. Ecl. 2. 35.

68. Mea Veneri. ) Amatorum blanditiæ: amicum diversitatem, vel deformato nomine a cas Veneris vocant. Lucret. 4. 1178. Nec Veneris. Hoc multis probat Salmastius in Solin. P. 1224. I. Ex Columella l. 9. 4. Cælestis nominis Hyacinthus, non numinis, ut multi habent codices: quid porro cælestis nomen, nisi Iris? II. Jano, non decet te esse tam trifistem tuo Jovi. Ex Palladio, l. 1. 27. Hyacinthus, qui Iris, vel gladiolus, dicitur. III. Gladiolus habet in folio discurrentes lineas, quæ multa &, & multa I. confusæ saltem exprimunt: at hyacinthus, in IV. Gladiolus magnitudine & specie accedit ad lilium: at hyacinthus, formamque capit quam lilium, si non purpureus color hic, argenteus esset in illis. Ovid. Met. 10. 212. V. Gladiolus purpureus est; unde & ferrugineus, & niger, & rubens, ut explicuimus Ecl. 2. 18. Qui omnes colores tribuntur hyacintho a poetis. Reliqua infra v. 107.

72. Divum referatis ad aures. ) Vel quia inest his verbis tanta suavitas, ut beatissimos Deos beare possint, vel ut Dii testes sint promissorum Galatæe.

74. Quid prodest, quod &c. ) Damocetas ostendit antea gaudium suum de colloquio cum amica præsentem. Nunc Menalcae maioris amoris testimonio dolorem suum testatur, primo de amici absentia: secundo de eisdem periculo. Ictus apros: tertio de sua securitate, ego retia servo. In quo fice hæc ut Amyntæ anorem inutilem putet, obtulit: unde in præmium amissa est uni loco, & conspiciat deinceps ac stabili facta: dicta Delos quasi deo mensura. Tamen hic Delia forte non Dea, sed Menalca famula, ex insula Delo: cui sane multo quam Dea convenit magis illa cum canibus familiaribus. De Amynta. Ecl. 2. 35.

76. Phyllida, &c. Iola, &c. ) Iola pastor, ab intersectione in heu. Iola famula Phyllidis, communis amica Damocetas & Menalca: a Phyllo folium.

76. Meus est natalis. ) Natali in sacrificio licebat voluptati indulgere: non item in am-

C. 2. bar-

Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.  
 M. Phyllida amo ante alias: nam me discedere flevit:  
 Et, longum, formose, vale, vale, inquit, Iola.  
 80 D. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,  
 Arboribus venti, nobis Amaryllidis ira.  
 M. Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis,  
 Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.  
 D. Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Mutam:  
 85 Pierides, vitulam lectori pascite vestro.  
 M. Pollio & ipse facit nova carmina: pascite taurum,  
 Jam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.  
 D. Qui te, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet:  
 Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.  
 90 M. Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mævi:

Atque

Quando immolalo vitulam pro terra fructibus, tu ipse veni. M. O Iola, diligo Phyllida præ æ-  
 liis, me enim alacriter placuit, & diu dixit: vale, vale, o formose. D. Lupus funesta res est  
 gregibus, pluvie segitibus matris, venti arboribus: nobis ira Amaryllidis. M. Humor gratia  
 res est ceteris segitibus, arbutus hædis a lacte depulsi, salix flexilis, gregi prægnanti: mihi  
 solus Amyntas. D. Pollio diligit mea carmina, licet sint egessia: o Mæve, nutrite juvenem Pol-  
 lionem, qui vos legit. M. Ipse etiam Pollio componit novos versus: nutrite illi taurum, qui jam  
 cornibus feriat, & spargat arenam calcibus, D. Quisquis te diligit, o Pollio, perveniat ad ea,  
 ad que lætatur te quoque pervenisse: illi mel fluat, & vepres visidi producant amomum. M.  
 Quisquis non odit Bavium, amet tuos versus, o Mævi:

N O T Æ.

barvali, quod pro terræ frugibus Cereri of-  
 ferebatur; ter ducta circum agros, aut a-  
 gna, aut vitula immolata. Unde puella in-  
 vitatur ad natales; solus pastor ad imbar-  
 vale. De ambarvali, Georg. 1. 345.

77. Cum faciam vitula. ) Facere & operari  
 sine addito, est sacra facere, sacris operari. Et  
 facere vitula, est sacra facere ex vitula.

79. Vale, inquit, Iola. ) Illa vox, Iola, non est  
 Phyllidis ad Iolam, cui vale dicitur, sed Menalcæ  
 ad Iolam. Ut enim Damocetas compellaverat  
 prius Iolam: O Iola, mitte mihi Phyllida. Ita  
 nunc Menalcas eundem compellat: O Iola,  
 amo Phyllida, nam dixit mihi longum vale.

81. Amaryllidis ira. ) Cum videat Damocetas  
 Menalcam in amore Phyllidis rivalem  
 sibi obflare, inopæ ferri; ad alium amorem  
 deflectit, & jam Amaryllidis dicit blandi-  
 tias. De nomine Amaryllidis, Ecl. 1. 31.

82. Arbutus. ) Arbor foliis lauro affinis, sed  
 raris, Ital. corbezzolo: in deliciis ejus umbra  
 fuit apud antiquos. Hor. Od. 1. 1. 21. Nunc vitu-  
 di membra sub arbutu stratus. Erudus profert  
 infas cerasorum, aut fragorum, cum aliqua  
 dulcedine asperos. Vocantur a Plinio anoda-  
 nes; quod, inquit, plures edi non possint pro-  
 pter asperitatem: a Virgilio arbuta. G. 1. 148.  
 Cum jam glandes, atque arbuta sacra Desererent  
 fluv. Et G. 2. 520. Dant arbuta sive.

83. Mihi solus Amyntas. ) Ut ostendat Men-  
 alcas, quicquid a se de luctu Phyllidis, deque  
 suo in eam amore dictum est, per jocum di-

ctum esse, quo Damocetas aliqua invidia sti-  
 mularet: nunc ultro profertur se præter  
 Amyntam, amare neminem.

85. Pierides. ) Musæ nomen, de quibus  
 v. 60. Sic didici, vel a Pieris Thessalia monte,  
 ubi ex Jove & Mnemolyne natæ dicuntur,  
 vel ex victoria, in Pieri Macedonia no-  
 vemblias, relata; que Musas auze ad can-  
 tum provocare, & ab iisdem superatas, to-  
 tidem in picas ab iis mutatas fuit.

86. Pollio & ipse. ) Quis fuerit, fise habetur  
 in argum. Ecl. 4. pervenit ad summam orato-  
 ris, historici, & poetæ laudem; ad consulum  
 anno U. C. 714. ad triumphum anno 715. E. qui-  
 bus laudibus Poeticam solam hoc loco ci-  
 tribuit aperte Virgilius: Pollio & ipse facit no-  
 va carmina; ceteros honores, ut pastoritii  
 modulis graviore, tantum innuit his vocib-  
 us: veniat quo te quoque gaudet: nempe ad  
 consulum & triumphum.

89. Mella fluant illi, &c. ) Vota sunt ejus  
 in gratiam, quicunque Pollutionem amaverit.

Amomum. ) Parvus est frutex, magni inter  
 aromata nominis, ex ligno scilicet convolvens  
 in racemum modum; aureo colore, fore longio,  
 ceu violæ alba; ligno subruo & valde odora-  
 to: in Assyria, Armenia, Ponto, & Media opti-  
 mum. Ita fere a Dioscoride describitur. Pleri-  
 que tamen ab ea descriptione dissentiunt.

90. Qui Bavium non odit, &c. ) Bavius & Mæ-  
 vius, poeta pessimi, Virgilio pariter & Ho-  
 ratio inest. Imprecatio est respondens e-

con-

Atque idem jungat vulpes, & mugeat hircos.  
 D. Qui legitis flores, & hami nascencia fraga,  
 Frigidus, o pueri! fugite hinc, latet anguis in herba.  
 M. Parcite oves nimium procedere: non bene ripæ  
 95 Creditur: ipse aries etiam sunc vellera ficat.  
 D. Tityre, pascetes a flumine reice capellas:  
 Ipse, ubi tempus erit, omnes in fonte lavabo.  
 M. Cogite oves, pueri: si lac præceperit ælus,  
 Ut nuper, frustra prestabimus ubera palmis.  
 100 D. Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in arvo!  
 Idem amor exitium pecori est, pecorisque magistro.  
 M. His certe neque amor causa est; vix offibus hærent.  
 Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.  
 D. Die quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,

Tres

idemque subligit jugo vulpes, & exprimat lac ex hircis. D. O pueri, qui colligitis flores, &  
 fraga nascencia hami, hinc fugite: serpens lethalis occultus est sub gramina. M. O oves, abste-  
 nete longius ire, non tuto fiditis ripæ: ipse aries fecat adhibe vitulos. D. O Tityre, remove a  
 flumine pascetes capellas: ego purgabo eas omnes in fonte, cum erit oportunitas. M. O pueri,  
 colligite oves in ovile: si viti calor corruerit lac, ut ante pascos dicit, incassum prememus  
 mammæ manibus. D. Heu! quam macilentus habeo taurus in ferili arvo: idem amor perdit  
 gregem, & dominum gregis. M. Non certe amor id importat his ovibus meis: tamen vix  
 hant offibus. Nescio quis oculus corrumpit mihi juniores agnos. D. Dic, qua in regione  
 cæli

N O T Æ.

contrario votis Damocetæ pro Pollutione: si quis  
 non odit Bavium, ita stultus fiat, ut & amet  
 Mæviium, & jugo supponat vulpes.

94. Parcite oves, &c. ) Sensus est juxta Ser-  
 vilium & Farnabium: O pueri, cavete ne oves  
 longius procedant: quod durius & absque  
 exemplo est. Nostri interpretatio tum nititur  
 exemplis, est enim apud Catul. in Argon. 146.  
 Nil metuant juvare, nihil promittere parcunt:  
 tum conformis est Theocritico exemplo Idyl. 5.  
 100. Eheu, quam pingui macer est mihi taurus in arvo,  
 &c. discedite ab oleastro capella, hic pascite.

Non bene ripæ Creditur. ) Quia periculum  
 est, ne vel oves lapsæ in profluentem rapi-  
 antur, vel ripa ipsa, fluctuum allapsu sub-  
 tus excla, ruinam faciat.

96. Reice capellas. ) Est hic primo syncope,  
 reice in re-ice; tum contractio geminæ vocalis  
 brevis in diphthongum longam; re-ice, in reice.  
 Sic cecit pro cecit, apud Lucret. 1. 3. 891. Nec  
 radicibus et vitæ se tollit & ticit.

98. Si lac præceperit ælus. ) Vel excisecave-  
 rit, vel ita corruerit, ut vaneat, & nimis  
 liqueat.

100. In arvo. ) Alii legunt in arvo. Ervum  
 autem, Ital. virgilia, leguminis genus est,  
 pisi affine, bobus saginandi utile.

101. Pecorisque magistro. ) Damocetæ merce-  
 nario pecoris custodi, qui dum amat Phyl-  
 lida, Galateam, Amaryllida, videtur pecus  
 e tam multiplici magistri sollicitudine ma-  
 ciam contrahere.

102. Oculis mihi fascinat agnos. ) Fascinam  
 species incantationis: sic dictum, I. Vel a fas-  
 cicis five licis & filis, quibus ad illigandos &  
 incantandos homines magicis in sacris ute-  
 bantur, de quo more Ecl. 8. 74. II. Vel a fan-  
 do, ut vult Festus; quia verbis ac præteritum  
 laudatione immo dica perficiebatur: de qua  
 specie Ecl. 7. 27. III. Vel ut probat Vossius in  
 Etym. a Þarsigros invadere: quod est, quasi  
 viti rigoris oculis occidere, quia oculorum in-  
 cultu præcipue fit fascino: cum scilicet  
 maligni spiritus, ex invado aut male affec-  
 to pectore emissi per oculos, æcerum circum-  
 fusum insciant; idemque sic infectus ac eos  
 insicit, in quos, vel ore, vel oculis, vel na-  
 ribus commeat. Ita fere Heliod. Æthiop. 1. 3.  
 Junioribus vero, utpote tenerioris naturæ,  
 læpius fascino adhærescit.

104. Die quibus in terris, &c. ) Uterque,  
 quasi de victoria desperans, ad ænigmata  
 confugit.

Apollo. Vatum Deus, de quo supra v. 62.  
 Cur sic appelleretur, docet Macrobr. Satur. 1. 17.  
 I. Quia radios æli radiat, id est, semper vi-  
 brat. II. Quia radiorum vii morbos frequen-  
 ter excitat, quibus mortales æstivæ, id est,  
 enecat. III. Quia caloris benignitate morbos  
 omnes æstivæ, id est, fugat. IV. Quia æstivæ  
 radii, id est, inter utrumque mundi polum ver-  
 titur. V. Quia unus est, non multiplex:  
 idem enim aliquando est atque Sol. Ab  
 privativo, & radii multi.

105 Tres pateat cœli spatium non amplius ulnas.  
*M. Dic quibus in terris inscripti nomina regum  
 Nascantur flores: & Phyllida solus habeto.  
 P. Non nostrum inter vos tantas componere lites.  
 Et vitula tu dignus, & hic: & quisquis amores.*  
 110 Aut metuet dulces, aut experietur amarus.  
 Claudite jam rivus, pueri: sat prata biberunt.

*cœli spatium apertum sit ulnis non plusquam tribus, & vitis mihi magnus vates. M. Dic qua in regione ortantur flores: notati regum nominibus, & possideli solus Phyllida. P. Non meum est distribere tantam contentionem inter vos. Tu mereris vitulam, & hic quoque: & quicumque aut diffidit amoribus prosperis, aut experietur tristes. Nunc obstruite rivus, o juvenes: prata satis irrigata sunt.*

## N O T Æ.

105. Tres pateat, &c. ) Ænigma difficile, & Agrippa III. Coss. ut habet Censorinus. Edita autem sunt Bucolica anno Virgilii circiter 32. Igitur ad vulgarem & pastoralem sensum confugio, qui est de hyacintho flore, in quem Hyacinthus primum, Phœbo dilectus puer; cum Ajax Græcorum post Achillem fortissimus, mutatus fuit. Videtur enim in illo scriptæ quodammodo litteræ, quæ solita sunt in Ajace; & si retrosum legantur, primæ etiam aliquemodoin hyacintho, si, ut vult Nannius, per j. non per i. scribatur, contra communem Græcæ tenuis fidem. Atque illa difficultas Hyacinthi nominis Ovidium movit, ut foris illius litteras ad Ajacis quidem nomen referret; ad Apollinis vero genitus, mortem Hyacinthi deplorantis. Quippe a genitus notat, unde est *Ætlo gemo*. Ita Met. 10. 215. *Ipsæ genitus solis inscripti*, & *at ad hos habet inscriptionem*. Tum l. 13. 397. *Litteræ communis medicæ, pueroque, utroque inscripta est solis; hæc nominis, illa querelæ. Ajax porro & Hyacinthus, non reges, sed regum illi fuerunt*. Quodam Telesonis, Hyacinthi Amyclæorum regis. Reges tamen vocat Virgilius e more, quo Laviniam & Ariadnem reginas alibi vocavit.

109. Et quisquis amores, Aut, &c. ) Non uni digni estis vitula pro præmio, sed etiam quicumque vobis similes ita belle experient affectus amantum: five eius qui felix in amore felicitati suæ diffidit, qualis Menalcas: *Dulce satis humor, &c. Quid prodest, si me ipse, &c. five eius qui amaritum in amore experitur, qualis Dæmetas: Triste lupus stabulis, &c. nobis Amaryllidis iæ.*

111. Claudite jam, &c. ) Allegoria est. Jam cantare desinite: satis enim aures nostras cantu vestro delectatæ sunt, quemadmodum aquarum humore prata reficiuntur.

# E C L O G A IV.

## \* P O L L I O.

### A R G U M E N T U M.

CONFECTO bello Perasino, de quo dictum est in argum. Ecl. 1. M. Antonius multis de causis infensus Octaviano, cum ingenti exercitu venerat in Italiam. Reconciatit tamen circa Brundisium, administris L. Cocceio communi amico; & ex parte Octavianum, Mæcenate; & ex parte Antonii Asinio Pollione, tum consule: ambo cum orationibus honore Romam ingressi sunt. Sed paucis post diebus, cum Sext. Pompejus, Magni filius, occupata Sicilia commentum intercluderet, ideoque Roma fame premeretur, Octavianus & Antonius, lapidibus palam appetiti a populo, coacti sunt pacem cum Sext. Pompejo componere. Pax composita ad Puteolos. Sublato igitur famis metu, iubaris in urbem consuetibus, civilibus bellis tanto post tempore extinctis, quadam aurea species ætatis affulsit. Hæc autem omnia cum accidissent sub extantem Pollionis consulatum, & ipso Pollione administrato, cui tunc temporis filius natus erat: huic Pollionis filio generbliacon Virgilius cecinit; ejusdemque, & temporum illorum in laudem detorsit, quicquid in Cumanæ Sibyllæ libris, de Christi ortu, ejusque matre atque ætate legerat. Scripta est anno Virgilii 31. inunte: U. C. 714. exente: sub ipsum pacis Puteolane tempus: Coss. Domitio Calpurnio, & Asinio Pollione: paulo antequam hi consules magistratum abdicarent; quod more illorum fecerunt, ad paucos qui supererant exilio anno dies: in gratiam L. Cornelii Balbi Galitani, & P. Canidii, qui consules in annum reliquam appellati sunt.

## N O T Æ.

\* POLLIO. ) C. Asinius Pollio, a Julio Cæsare paulo ante eadem, Hispaniæ alterius præfectus; post ejus eadem amicissimus fuit M. Antonio, ut ipse proficetur suis in Epistolis, quæ extant apud Ciceronem l. 10. Famil. In eisdem Antonii partes cum duabus legionibus transiit, paulo ante triumviratum. Triumviratum instruit, & triumviris urbanos magistratus in quinquennium assignantibus, ipse in an. U. C. 714. Consul. destinatus est, adnente, ut credibile est, amico Antonio. Quo eodem tempore Fescenninis versibus ab Octaviano laceratus dicitur. *Macrob. Satyrn. 2. 4.*

Ei tunc in Gallia Cisalpina versanti videret Virgilius innotuisse, & per eum commendatus esse Mæcenati: ut aditum haberet ad Octavianum, qui agrorum dividendorum in fines & Antonianorum milites negotium unus in se susceperat. Orto deinde Perusino bello. L. Antonio, Marci fratri, suspectus tulit Pollio contra Octavianum. *Appian. l. 5. Civil.* Sed victo Lucio, ipse cum Consul, diu retenta in potestate Marci Veneria, eius in partes Domitium Enebobarum ejusque classem alexit. *Strabon. lib. 2.* Confecta est pax Puteolana: tunc, cum scripta est Ecloga, Salomonus dicitur non potuit, cum Salonia a Pollione ex parte sint nisi anno editionem eclogæ consequente. Vide Ecl. 8. 13.

Filius autem Pollionis dictus est C. Asinius Gallus, non Salomonus; diris deinde supplicis a Tiberio Cæsare necatus anno U. C. 789. Ille igitur Pollionis Salomonus, qui a Servio dicitur inter ipsa primordia perisse, aut Servii commentum est, aut certe statimque in Partinos, Illyricam gentem, & Bruti olim Cassique studiosissimam, auxperæ sint nisi anno editionem eclogæ consequente. Vide Ecl. 8. 13.